

## Giulio Romano: repertorio di fonti documentarie

Operatore

d.f.

Segnatura

ASMN, Archivio Notarile, notaio Giovanni Giacomo Calzoni, Imbreviature anno  
1540.

Luogo

Mantova

Data

4 novembre 1540

Mittente

Destinatario

Testo

Glossario

1540, indictione tertia decima, die vero iovis quarto mensis novembris, tempore serenissimi Caroli et cetera, Mantue in domo infrascriptorum fratratus de Norsia, posita in contrata Montis Nigri, presentibus Bartholomeo filio quandam alterius Bartholomei de Bruschinis, de contrata Pusterle, qui iuravit et cetera, Francisco filio quandam Ioannis de Scarpellis de contrata Cornu et domino Ioanne Francisco filio quandam domini Iacobi de Carcheno, de contrata Aquile, testibus et cetera. Ibique spectabilis vir dominus Julius Romanus filius quandam domini Petri de Pippis, superior fabricarum generalis illustrissimi et excellentissimi domini nostri domini ducis Mantue, ibi in presentia testium premissorum et mei notarii infrascripti, dedit, solvit et cum effectu exbursavit Moysi et Iacob fratribus et filiis quandam Isaac de Norsia hebreis, maioribus annis vigintiquinque, prout assurerunt, et magistro Benedicto de Casalmaire, hebreo, curatori Salomonis, fratris dictorum Moysis et Iacob et filii quandam dicti Isaac, in presentia dicti Salomonis consentientis, presentibus et ad se trahentibus, libras quatuorcentum novem parvorum Mantue in tot monetis auri et argenti. Et hoc pro completa et integra solutione et satisfactione scutorum centum septuaginta auri in auro pro totidem, in quibus dictus dominus Julius erat debitor dictorum fratratus de Norsia (...) occasione domus vendite per ipsos fratres de Norsia fratribus de Ipolitis et per ipsos fratres de Ipolitis vendite dicto domino Julio (...). Qua propter dicti fratres Moysis et Iacob de Norsia et dictus Salomon, in presentia et cum auctoritate dicti magistri Benedicti, eius curatoris presentis (...) fecerunt et faciunt dicto domino Julio presenti, stipulant et recipienti pro se et cetera, finem generalem et cetera, de omni eo et toto et cetera. Et similiter dictus dominus Julius per se et cetera, dictis fratribus de Norsia presentibus et ut supra stipulantibus similem finem fecit (...).

Note

Argomento

Luoghi citati nella fonte

Personaggi

Mantova (Mantua)  
Montis Nigri, contrata  
Pusterle, contrata  
Aquilae, contrata  
Cornu, contrata  
Cammello, contrada

Pippis, de, Petrus  
Carolus  
Mantue, dux  
Giulio, Romano (Iulius, Romanus)  
Calzoni, Giovanni Giacomo, notaio  
Casalmaire, de, Benedictus  
Norsia, de, Moyses  
Norsia, de, Iacob  
Norsia, de, Salomon  
Ipolitis, de, fratres  
Norsia, de, fratres  
Bruschinis, de, Bartholomeus  
Scarpellis, de, Franciscus  
Scarpellis, de, Ioannes  
Carcheno, de, Ioannes Franciscus  
Carcheno, de, Iacobus  
Norsia, de, Isaac

Categoria

Oggetto

Specifica / Titolo

Autore

Stima